

Thomas Lindemann Azarias Sturtz

Disputatio De Fideiussoribus

Rostochii: Praelo Reusneriano, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728318652>

Druck Freier  Zugang



R. U. für 1607

Thom. Lindemann

Resp. Marias Sturz 10

13
L. 8

DISPUTATIO
DE
FIDEIUS-
SORIBUS

Quam

Divina adspirante gratia

Praeside

Speſtabili & clarifſimo viro

DN. THOMA LINDEMANNO
I. V. Doctore, Professore & p. t. facultatis
Iuridicæ Decano,

In celeberrima Rostochienſi Academia

Pro ſummo gradu in utroq; jure conſequendo
discutiendam proponit

AZARIAS STURCIUS C. F.

*Habebitur diſputatio in aſtroſi magna ſ. Septemb. initio ad
horam 6. matutinam facta*



I. D. 151. 13.

R O S T O C H I I

Praelo Reufneriano, ANNO 1607



Landst. 1194

Disputatio
DE FIDEIUSSORIBUS.

I.

DE nobili & famosa fidejussorum materia disputaturis, illud primò inquirendum occurrit, an fidejubere liceat? Quod rectè contra Conrad. Pellican. asserimus, adeò ut jurans se pro nemine fidejubere vel-
le, pro egeno fidejubens obligetur.

II.

Est autem fidejussor, qui stipulanti alienam obligatione spondet, salvâ obligatione principalis; quo ipso differt à mandatore, sponsore, expromissore & constituyente.

III.

Fidejubere exinde possunt omnes, qui & stipulari & obligari cum sine stipulatione fidejussor non constituatur, & sic nec per epistolam nec inter absentes, quamvis si scriptum sit, fidejussor esse. scilicet stipulatio intervenisse presumatur.

IV.

Hinc nec infantes, nec pupilli sine tutoris auctoritate, furiosi, prodigi, ebrij, muti & surdi fidejubere possunt.

V.

Minorem verò & ex stipulatu obligari, & fidejubere posse, magis placet.

VI.

Prohibentur tamen fidejubere servi, itemq; milites: quod etiam ad nostri temporis milites extendendum putamus.

A 2

Imò

VII.

Imò nec femina efficaciter fidejubere possunt propter
SCtum Vellejanum, siue cum extraneo, siue cum marito,
 tam pro marito quàm pro alio fidejusserint, nisi res in uti-
 litatem mulieris conversa fuerit, aut pretium pro fidejussio-
 ne acceperint.

VIII.]

Quin huic beneficio renunciare etiam extra iudicium
 femina possint non est ambigendum, ita tamen, ut in spe-
 cie de isto beneficio certioventur.

IX.

Clerici fidejubere quidem prohibentur, si tamen fidejuf-
 serint, fidejussio subsistit. X.

Filiusfam. tum pro extraneo tum pro patre apud extra-
 neum rectè fidejubet. XI.

Fidejussor omnis idoneus esse debet, id est, locuples & sol-
 vendo. Qui ergò non locuples, sed aliàs probata fidei & ho-
 nestæ vitæ, adhuc in idoneus censendus est, licet reo sanguinis
 vinculo sit conjunctus. XII.

Quamvis fidejussorem idoneum etiam invito creditore
 renovari posse verius sit, minus tamen idoneum recipiens
 eum approbasse meritò censetur, adeò ut si ab initio idoneus
 ex post facto non solvendo fiat, alius idoneus pro contractu
 postulari nequeat. XIII.

Qui fidejussorem dare obnoxius, pignora invito credito-
 ri offerre non potest. XIV.

Omni obligationi, tam naturali, quàm civili, tam prin-
 cipali quàm accessoria, tam contractæ quàm contrahendæ
 fidejussor adhiberi potest. Non

XV.

Non tamen constante matrimonio à marito nec ultro nec coactè pro dote restituenda vel conservanda fidejussor regulariter dari potest.

XVI.

Nec juramento dispositioni l. 2. C. ne fidejuss. dot. dent. renunciari vel à marito vel à fidejussore ejus posse omnino putamus, ut actionem ad agendum efficacem producat.

XVII.

In delictis si civiliter agatur, fidejussor adhibetur judicio sesti & judicatum solvi.

XVIII.

In criminalibus quoq; pœnam pecuniariam concernentibus pro reo, licet confesso & convicto de crimine, fidejussor intervenit.

XIX.

Quando autem pœna corporalis carcerato infligenda venit, sub cautione fidejussoria adhuc reum relaxari judicis arbitrio posse puto.

XX.

Si reus talis fidejussoribus traditus fugâ evadat, pœna tantum pecuniaria fidejussores affici possunt.

XXI.

Cum verò fidejussio sit accessio principalis obligationis, fidejussor obligari non potest, ut ab ipso plus loco, plus tempore, plus quantitate, aut plus summa postuletur, quam vis ut minus debeat obligari possit.

XXII

Vnde si fidejussor se ad majorem summam obligavit, tenetur tantum ad summam à principali debitam.

XXIII.

*Non tamen obligatur ad id, quod ex mora debitoris
provenit, nisi se in omnem causam ab initio obligaverit.*

XXIV.

*Efficacius verò fidejussor obligari post quàm principalis,
veluti juramento, instrumento guaranteegionato paratam
executionem habente, & hypothecâ bonorum.*

XXV.

*Fidejussio inter nobiles Germania usitata, quam obsta-
gium vocant, novo jure rejecta est.*

XXVI.

*Obligatus autem fidejussor beneficio Ordinis ante ipsius
principalis discussionem hodie conveniri nequit; absente
tamen reo, intra certum tempus à judice definitum, eum
sistere tenetur.*

XXVII.

*Hoc excussionis beneficium fidejussori competit etiamsi
mediante jurisjurandi religione fidejusserit.*

XXVIII.

*In fidejussore, qui se ut principalem debitorem obligavit,
hoc item procedere beneficium asserimus.*

XXIX.

*Fidejussor quoq; indemnitatis, etiamsi omnibus fidejuf-
sorum beneficijs renunciaverit, hac ordinis exceptione uti
poterit.*

XXX.

*Est verò hac exceptio dilatoria, & sic ante litem conte-
statam opponenda.*

Cessat

XXXI.

Cessat prædictum beneficium, quando fidejussor ei specialiter renunciavit, vel si se fidejussisse falso negaverit, itemq; si debitor notoriè non sit solvendo, &c.

XXXII.

Est & aliud beneficium divisionis ex epistola D. Hadriani, qua per exceptionem dividit obligationem inter plures confidejssores, ut quilibet pro virili conveniatur.

XXXIII.

Qui tempore litis contestata non sunt solvendo ceteros onerant: à creditore verò omiſsa hac exceptione solutum fidejussor non repetit.

XXXIV.

Hac exceptio cum sit peremptoria, usq; ad sententiam opponi potest.

XXXV.

Solventi tamen uni ex fidejssorib. solidum actiones à creditore contra confidejssores cedi debent.

XXXVI.

Hac actionum cessio etjam post solutionem quandoq; fieri potest.

XXXVII.

Aliæ etjam exceptiones reo principali competentes, fidejssori quoq; competunt.

XXXVIII.

Contra reum principalem datur fidejssoribus actio mandati vel negotiorum gestorum, ad principale debitum & omne interesse recuperandum.

Sms

XXXIX.

Sunt tamen casus, quib. ante solutionem factam fidejussor liberari potest, si diu steterit in obligatione, si principalis bona dilapidet.

XL.

Studiosus fidejussor ab una ad aliam Academiam migrans recte agit ad liberationem.

XLI.

Prorogatione autem termini fidejussor non liberatur.

XLII.

Tollitur denique fidejussio iisdem modis, quibus principalis obligatio.



Corollaria.

I.

CORREI debendi jure novo exemplo fidejussorum habent beneficium divisionis.

2. Stipulatio & promissio duorum correorum tam principaliter, quàm accessorie fieri potest.
3. Fidejussor in prima instantia datus, in judicio appellationis non tenetur.
4. Fidejussor bonis principalis in fiscum publicatis creditorib. non tenetur.
5. Si beneficio restitutionis principalis recuperet bona, non reviviscit obligatio fidejussoris.
6. Moratoria quinquennalis per principalem obtenta etjam fidejussori prodest.

001

XXXI.

Cessat predictum beneficium, quando
cialiter renunciarit, vel si se fidejussiss
itemq; si debitor notorie non sit solvendo,

XXXII.

Est & aliud beneficium divisionis ex
driani, qua per exceptionem dividit o
plures confidejssores, ut quilibet pro virili

XXXIII.

Qui tempore litis contestata non sum
onerant: à creditore verò omissa hac e
fidejssor non repetit.

XXXIV.

Hac exceptio cum sit peremptoria, na
opponi potest.

XXXV.

Solventi tamen uni ex fidejssorib.
à creditore contra confidejssores cedi debe

XXXVI.

Hac actionum cessio etiam post solution
ri potest.

XXXVII.

Alia etiam exceptiones reo principal
dejssori quoq; competunt.

XXXVIII.

Contra reum principalem datur fia
mandati vel negotiorum gestorum, ad pr
& omne interesse recuperandum.



the scale towards document

ei spe-
verit,

Ha-
inter
r.

eteros
utuna

tiam

tiones

q; fie-

s, fi-

actio
ritum

Suas